Mundus ergò non eſt ab æterno, qvia 1. *Gen. 1. In principio creavit Deus &c.* qvia 2. aliàs daretur infinitum. qvia 3. Duo eſſent infinita ſcil. Deus & Creaturæ *vid. B. Jacob Martini Exercit. Metaphyſ. p. 833. Hütteri L. C. p. 198. Meiſn. Phil. Sobr. part. 1. p. 760. Grauer. A. C. parte 1. pag. 117.*

Sic probaturus Artem memorialem memoriam perturbare hoc uti poteſt Syllogiſmo:

Qod multas imagines retinendas, & ediſcendas proponit, id perturbat memoriam:
Sed Mnemonica id facit. E.

Reſp. Petitur principium, qvum in qvæſtione ſit, an multæ imagines retinendæ memoriam perturbent?

EXEMPLA.

1. Qvicqvid Pontifices Romani aſſerunt, illud eſt verum:
Sed Pontifices Romani aſſerunt, eſſe purgatorium:
E. eſt purgatorium.

Reſp.